

omnes se adconciliaverunt pro salvatione patriae, ut decimas etc.

Postmodum, quumque Petrus dux Urseulus reliquit honorem ducatus, et concupivit regulam monasterii, tunc successit in honorem ducatus D. Vitalis Candianus (eletto nel 978). Residens ibique in palatio cum cunctis suis primatibus, cum communi concilio, omnes elegerunt pariter consilium pro salvatione patriae, ut decimas de illorum rebus per unumquemque, qui datum non habebant, dedissent, sicut consueverunt facere antecessores eorum.

Temporibus tribuni Memi, ducis (eletto nell' 888), residente eo in curia palatii, cum cunctis suis primatibus, inquisiverunt decimas, etc.

(48) Ad hujus regis (di Luitprando) preces, Gregorius (II), papa, misit pallium Sereno, antistiti aquilejensi, qui Petro successerat, quam a tempore renovationis suae sedis praedecessores sui obtinere minime potuerunt; eique inhibuit, ne unquam alterna jura invaderet, aut temeritatis ausu usurparet jurisdictionem cujusquam, sed his esset contentus, quae usque adhuc possederat. (And. Dand., *Chron.*, lib. VII).

(49) Gregorius, servus servorum Dei, dilecto fratri Sereno etc. Nunc vero, ut cognovimus, Gradensis patriarchae niteris pervadere jura, atque, ex his quae possidet, nunc usque usurpare. Ne ergo in quoquam existas temerator, ex apostolica auctoritate praecipimus, ne ullo modo terminos ab eo possessos excedas, etc. (*Sacrorum Concil. magna Collectio Labbaei. Vita, decreta et epistolae Gregorii II*).

Gregorius, episcopus, servus etc. Dilectis fratribus, Donato patriarchae, et episcopis, et Marcello duci, et plebi Venetiae et Istriae Quia igitur, missa relatione (o legatione), nos a Deo salvata Communitas vestra petiit contra Forojuliensem antistitem agentes, quod cupiat invadere ditionem Gradensis patriarchae. cui etiam in praesenti ne attentet, ex auctoritate apostolica interdiximus etc. (*Ibid.*)

(50) Scorpionis autem, quem appellant nunc onagrum, hujusmodi forma etc. Dolentur axes duo quernei vel ibi-